



**Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni  
Præsertim Augustini, Et Thomæ Aquinatis**

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones  
Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis  
Fundamentaliter discussa

De Externis Regulis Amoris Et Morum, Legibus Utique, ac Praeceptis  
Virtutum Theologicarum, & Cardinalium, necnon Decalogi & Ecclesiae -  
Libros Vndecim Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio  
Leodii, 1709**

Caput VIII. Declarantur personæ obligatæ ad jejunium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73203)

*etio fuit, non tam Ecclesiæ solemnitates, & nuptiarum benedictiones, quam carnale commixtiones prohibere. Prohibitionem illam solemnitas nuptiarum diligenter ab omnibus observari jubet Concilium Tridentinum sicc. 24. de reform. matrim. cap. 10.*

- 63** Et idem Prosper Fagnanus in cap. *Capellanus* de feris, unaniem Canonistarum penè omnium, & magni nominis Theologorum sententiam esse dicit, carnalem commixtionem in *Quadragesima* conjugibus esse prohibitam (licet contraria sententia Sotus, Bellarminus, & Sanchez.) laudatque pro illa sententia S. Raymundum, S. Antoninum, Palaudanum, Sylvestrum, Cajetanum, & S. Congregationem Cardinalium, Concilii Tridentini Interpretum; quæ proposito sibi dubius, an matrimonium coram Parocho quocumque tempore contrahi possit? Respondit affirmativè, sed temporibus comprimens in cap. 10. sicc. 24. de reform. matrim. nuptiarum solemnitates, iraductions ad dominum, & carnalem copulam prohiberi. Enimvero quare traductio sponsi ad ipsorum prohibetur? Respondeat S. Thomas in 4. dit. 32. q. 1. a. 5. quæst. 4: quia quando nova spousa traducuntur, animus conjugus magis ex ipsa novitate ad carnaliam carnalism (id est circa carnalia) occupatur... Et propter hoc illis temporibus, in quibus homines præcipue debent se ad spiritualia elevare, prohibitum est matrimonios celebrare. Atqui animus conjugis circa carnaliam magis occupatur in copula ipsa carnali, quam in sponsa traductione. Si ergo propter istam rationem prohibita est traductio, multò magis carnalis ipsa commixtio, juxta laudatum traditionem sanctorum Patrum.

## CAPUT VII.

*Declarantur dies quibus est jejunandum.*

- 64** Jejunandum imprimit per totam Quadragesimam, incipientem à feria quarta Cinerum, usque ad Sabbathum sanctum inclusivè, Dominicis exceptis, can. non licet, & can. non oportet de Consecr. dist. 5.

- 65** 2°. feris 4<sup>a</sup>, 5<sup>a</sup> & Sabbatho quatuor temporum: can. statutus, & can. jejunium dist. 76. Falsilitur proinde Paracelcus decr. 168. & 169. siens, quatuor temporum jejunia non esse de jure canonico, nec obligare sub mortali. Simili modo falsiliter Burghaber cent. 3. cap. 13. dicens, consuetudinem solititudinari pinguedine & larido, diebus & locis, in quibus ova & lacticinia permittuntur, introductam non esse absoluè animo se obligaudi, sed initio ex devotione, postea ex errore credendum adest obligationem; ideoque vim legis non habere, eti omnes illam obseruent. Sed utrius illi opiniori, profectò nimis libera & audaci, communis Doctorum omnium, ac fideliū sentus contradicit.

- 66** 3°. in vigiliis Nativitatis Domini, & Assumptionis B. Virginis cap. ex parte, & cap. confusum de obseruat. jejun. ubi etiam adduntur vigilia omnium Apostolorum, preterquam Philippi, & Jacobii & S. Joannis Evangelistæ. Verum in Belgio consuetudo obtinet, ut non jejunetur in omnibus illis vigiliis: nam v. g. in Diocesi Mechlinensi non jejunatur in vigiliis S. Jacobi in Julio, Bartholomæi, Thomæ, Barnabæ, & Mathiae.

- 67.** 4°. in vigiliis S. Joannis Baptista (quæ dum incidit in Festum Corporis Christi, anticipatur feria 4. præcedenti, juxta Bullam Urbani VIII. cum evocare datam 13. Octobris 1638.) S. Laurentii, Sanctorum omnium, & Pentecostes; eti non iure scripto, salem universali Ecclesiæ consuetudine; hec aliqui apud Leandrum q. 11. negant ex obligatione jejunandum in vigilia Pentecostes contradicunt.

cotes, saltem sub mortali.

Præterea à carnis abstinentiam omnibus fe- 68 riis sexis (excepta eâ in quam incidit Festum Nativitatis Domini) omnibus item Sabbathis totus anni, demptis per consuetudinem in Belgio, & aliis quibuldam locis, is quæ venium à Fefto Nativitatis Domini ad Festum Purificationis inclusivæ. Item tribus diebus Rogationum, & in die sancti Marci can. Rogationes de Consecrat. dist. 3. ubi dicitur quidem esse jejunandum, sed de consilio, non de præcepto, uti Gioffæ dicit ibidem. Sicubi tamen extat synodale præceptum jejunandi usque ad meridiem, ierandom est.

## CAPUT VIII.

*Declarantur persona obligata ad jejunium.*

**O**Mnes (inquit S. Thomas) ad jejunia ab Ecclesia instituta communiter obligantur, nisi in eis fuerit aliquod speciale impedimentum. Quemadmodum enim fines, propter quos jejunia instituta sunt, omnes concernunt; ita & obligatio jejunii. Unde Leo Magnus tert. 2. de Quadrag. Adess (inquit) maximum sacratissimum jejunium, quod observantiam sui universi fidelibus sine exceptione denuntiat. Quia nem tam sanctus, ut non sacerdos; nemo tam devotus, ut non debeat esse devotior. Et S. Basilius orat. 2. de jejunio: Nulla est insula, nec ullæ terra continet, non civitas, non gens ul a, non extremus mundi angulus, ubi non sit auditum jejunii edictum. Quin & exercitus, & viatores, & nautæ, & negotiantores, omnes pariter audiunt edictum, & summo gaudio excipiunt. Nequis igitur fomes excludat à numero jejuniorum, in quo omne hominum genus, omnis ætas, omnes dignitatem formæ censeruntur.

Quād olim alia fuit, quād modò sit, id est obligationis jejunii! Olim summum cum gaudio jejunii fuci piebatur edictum, hodie cum tristitia. Nullus erat olim, quem Patres non horabantur ad illud; hodie vix ad aliud plerique Cafusæ anniti videntur, quād ut sb eo Christianos eximant. Olim mulieribus (inquit Basilius) quād est naturale respicere, tam est conveniens jejunare; hodie pudor est quād futilibus, imò ridiculis de causis ipsas excusare contendunt. *Uxor* (inquit Filiius) non valens se gratias servare viro, ob maciem, vel pallorem, à Doctoribus excusat à jejunio. Et quid Tambarinus? *Excusans* (an) puella, nubere volens, si ex continuo Quadragesima jejunio speciositatem faciei (pro modo unque tempore illo) notabiliter minueret, ita ut, eā visi, de facie extra suum morem notaretur. Grande atque malum, ob quod negligere licet tam solemne, tamque animabus, corporibusque tanantis necflarium Ecclesiæ præceptum! *Senibus* (siebat rursum Basilius) levem reddit laborem jam olim contrahita cum jejunio familaritas. *Sexagenarii* robusti & validi (ait Sanchez. 1. 7. de matrim. dip. 32. n. 17.) non tenentur jejunare. Si tantum Quadragesima tempus adveniret (verba sunt S. Chrysost. serm. 52.) licet cobortetur nemo, licet consilium det nemo, etiam is qui negligissimus fuerit, excitatur, & obligatum ab ipso tempore consilium & cobortationem admittit. Hodie pauci sunt, qui dispensationem non pe- tunt, vel feso jejunare non posse non praestendent, facilièque inveniunt Medicos & Cafusæ, à quibus excusat. Nam Caramuel Theol. fundam. num. 1126. & seqq. relatis ad singula pluribus Cafusæ: *Excusans* (inquit) futore, sartores, barbitonares, & similes. *Praedicatori*, *Lectores*, *Confessarii*, & *Advocati*, *Procuratores*, *Scriptores*, &c. Etiam Musici. Iter agentes, *pregnantes*, latentes. Qui ergo manent in mundo, qui debeant jejunare? *Sane cives*, qui nullum manus habent.

b b 3

*At ipsi omnes, aut ferē, conjugati sunt. Quorum aliqui præcedunt (inquit) le uxori condormire non posse, simul & jejunare, cō quād magis debilitantur, venerem exercendo, quām suendo, fariendo, tondendo, & licet possint eidem mariti officium exercere, solum id possint diminutē. Dicit verō Diana p. 1. tr. 9. refol. 11. quād nullus tenetur causā jejunii diminutē suum exercitū munus.*

<sup>71</sup> Sed illa ferē omnia adēd laxa sunt, adēd ridicula, ut explosione magis quām refutatione digna sint. Refutabuntur tamen capite sequenti. De conjugatis cap. 6. dixi ipsos ab usū veneris abstinerē debere in Quadragesima, iuxta Scripturam, Canones, & Patres. Ridiculum est ergo ipsos à jejunii obseruātia excusare, ut veneri possint vacare, dum veneris usum cum jejunio non possunt componere, vel dam jejunando non possunt nisi diminutē debitum reddere. Pudor est contrarium à Christianis vel cogitari.

<sup>72</sup> Non inficiet, conjuges teneri ad reddendum debitum compatri moderatē petenti. Sed moderationē Christianam in petendo nō servat, qui petit tempore indebito, sicut nec qui petit loco indebito. Improbabile proinde est quād conjugem coniux ab immoderata petitione non teneat avertire, dum poret. Non possunt certē Christiani conjuges libidini vacare sicut equus & mulus, sed tempora, sicut & loca servare tenentur. Tenetur famulus conductitius ex iustitia reddere domino opus injunctum; si tamen dominus in die jejunii injungat ipsi opus cum jejunio incompatible, non tenetur illud reddere, nec dominus potest tunc illud exigere, si pro tunc non sit necessarium, sed in aliud tempus differri queat, ut docent Richardus, Paludanus, Gabriel, Navarrus, &c. Similiter ergo de conjugē dicendum, quād licet carni debitum ex iustitia comparti illud exigenti reddere teneatur; si tamen opus illud cum jejunio sit incompatible, & compars illud exigat in die jejunii, non tenetur tunc illud reddere, nec compars potest tunc exigere, si pro tunc non sit necessarium, sed in aliud tempus differri possit, ut potest & debet, iuxta dicta cap. 6. Compars ergo tunc rogari debet ut differat, teneturque consentire, quia tunc non est tempus amplexandi, sed tempus vacandi ab amplexu, ut vacetur oratione & pœnitentia; cui si compars vacet, ut oportet, carnis teret superbiam oratio & pœnitentia; & sic rationabiliter allegare non poterit periculum incontinentia. Cui tamen si conjux ipsam videret subiacere, ad impedientium gravius malum, ipsi posset & deberet subvenire.

## CAPUT IX.

*Ab ecclesiastici jejunii obseruātia tres cause excusant, labor necessarius, infirmitas, etas, cum jejunio incompatibilis; vel, si mavis, unica causa, moralis felicis impotens.*

<sup>73</sup> Quantū ad laborem, ad quem reducitur peregrinatio, sic optimē S. Thomas q. 147. a. 4. ad 3. Si peregrinatio & operis labor coramōdē differri possit, aut diminui, absque detimento corporalis salutis, aut exterioris statū, qui requiriūt ad conservationem corporalis, vel spiritualis vita, non sunt propter hoc Ecclesie jejunia prætermitenda. Si autem immineat necessitas statim peregrinandi, & magnas diatas faciendā, vel etiam multū laborandi, vel propter conservationem vitae corporalis, vel propter aliquid necessarium ad vitam spiritualem (v. g. propter conciones habendas, confessiones audiendas, &c.) & simul cum hoc non possint Ecclesie jejunia obseruari (nota bene singula) nos obligatur homo ad je-

*junandum. Quia non videtur suisse intentio Ecclesie statuātis jejunia, ut ferē hoc impedit alia pīas, & magis necessarias causas. Similia habent in 4. dist. 15. q. 3. a. 2. quæstīunc. 4. in corp. & ad 1. & 3.*

Ratione ergo laboris, vel itineris (juxta S. 74 Thomam, quem sequitur S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 2. §. 6.) soli illi excusantur, qui opus, vel iter pro tunc necessariūt faciunt, quo adēd defatigantur, ut simul cum jejunio laborare vel itinerari non possint. Non ergo excusantur 1°. omnes officiales, qui in Republica corporaliter laborant, prout novaturientes aliqui Casuītē ducunt, dicentes, quād non debent se certificare, an labor sit incompatible cum jejunio. Hoc enim Alexander VII. damnavit propositionem 30. eorum qui cum Diana & Leandro dicunt, quād excusantur abolutē omnes illi, qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiam si iter necessarium non sit, & etiam si iter unius dies conficiant, v. g. octo vel decem letarū. Ex quarum propositionum damnatione Christianus Lector satis videt, quād labor itineris, vel opificiū non excusat, nisi necessariū, & incompatible cum jejunio. Et hinc

2°. excusantur quidem artifices, laboriosas artes exercentes, qui labore suo plurimum fatigantur, ut fabri ferrarii, lignarii, flosores, lapicidæ, bajuari, agricolæ, vinitores, aurigæ, & curfors, (prout Eugenius I V. declaratiss. Compendium Privileg. FF. Minorum) iis utique diebus quibus laborant, vel quibus ex precedenti labore sunt plurimum fatigati: sed non excusantur fartores, barbitonares, nec pictores, nec calceos incidentes, nec famuli & famulæ nentes, fila ducentes, vestimenta sarcientes, etiam majori parte diei, quidquid dixerint variū Recensitores.

3°. non excusantur etiam Typographi, qui 75 torcular non tractant, sed characteres dumtaxat componunt, quidquid dixerit Leander q. 88.

4°. nec Scribæ & Notarii, totā licet die scribentes, prout idem putat q. 123.

5°. nec Procuratores, Advocati, Consiliarii, Judices, Musici, & alii hujusmodi opera facientes, quas vires corporis non ita debilitant, ut ad ferendum jejunii laborem impotentes efficiantur.

6°. nec communiter excusantur facientes iter pedestre durarū leucarū cum media, ut vult Pafqualigus decis. 313. Nec facientes iter triū leucarū, ut vult Leander q. 95. Nec facientes iter quatuor leucarū, seu duodecim milium Italicorum, ut putat Diana p. 10. tr. 14. refol. 2. Imō ne quidem omnes facientes iter quinque leucarū, ut exsistat Fagundez l. 1. c. 8. & alii abīque alio fundamento, quām arbitrio suo, quasi in ipsorum arbitrio possum sit in coprivate authoritate statuere regulam prædictę tam. Non nego concurrere posse circumstantias, v. g. magni æstus, viæ valde ardua, montos, lutoſa, &c. percurrēndā persona delicate complexio- nis, quas ob circumstantias, iter quatuor vel quinque leucarū ad excusandum possit sufficere; verū extra hujusmodi circumstantias, magna di- tam requirit S. Thomas. Magna verō diata non est iter quatuor vel quinque leucarū, saltem Belgicarū; nec isto itinere, saltem unius aut alterius diei, adēd fatigantur viri fortes & robusti, ut moraliter impotentes sint jejunare. Quod tamen S. Thomas requirit, ad hoc ut sint excusati.

Itaque cum S. Thoma dicamus quād si labo- 79 riosum opus, vel iter differri queat sine notabili incommodo, in aliud tempus differendum est, ut jejunium seruerit. Si differri non possit, soli illi ratione laboriosi operis vel itineris excusat- cen-